



Hoc Volumen continet

- 1) Ludovici Diss: de Juramento compensationem non exco. Dente
- 2) Hartmann de Etymologia vocis Weichbild
- 3) de Wikenorff ^{de iure} de Exheredatione liberorum sine con-
sensu parentum nuptias contrahentium.
- 4) Thomasi Diss: de non rescindendo contractu condu-
ctiis ob metum spectrorum.
- 5) Thiele Diss: Jur: Sax: de Imputatione damni per ignorantiam inviti.
- 6) Thomasi Diss: de Jure injusto hereditarum.
- 7) Eberhardi dict. Schwind Diss: de Notorio
- 8) Thomasi Diss: de aequitate criminali Et: de iure vend: et eius usu practico
- 9) Stritz de praescriptionibus
- 10) Thomasi de Concubinato
- 11) Brunner Tract: Jurid: de Sardanariis non ^{de iure} ^{judici}
- 12) J. N. Diehmeri Med: Jur: de Iniquitate et in iustitia actionum injuriarum
- 13) Ludovici Diss: de eo qui post litem contestatam bona mobilia possidere desit
- 14) Rotermund de retractu conventiicali
- 15) Ursini Comental: Jurid: de Augusta Meretricis
- 16) Thomasi Diss: de Praerogative iustitiae per amicabilem compositionem
partium litigantium a iudice sentendam
- 17) Ludovici Diss: de muliere captivante
- 18) Goelle de eo quod iustum est circa dissolutionem matrimonii ob legem con-
sanguinitatis vel affinitatis jure divino prohibiti
- 19) Piccolli Diss: de cambis tractatis
- 20) Wildvogeli Progr: de iusto lucro restituendo.
- 21) Speil de testamento in divo iudiciis insinuato
- 22) Reinhardi Diss: sileas Feminarum Sa. conitatum negotia absque
curatoribus valida

202
FACULTATIS JURIDICÆ DECANI
ERNESTI TENZELII, JCTI,
EMINENTISSIMO PRINCIPI ELECTORI MOGUNTINO A CONSILII REGIMINIS, JUDICII PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSORIS, AC CIVITATIS CONSULIS PRIMARII,
PROGRAMMA INAUGURALE

QVO
OMNES ET SINGVLOS VNIVERSITATIS PROCERES AC CIVES INVITAT
AD AVDIENDAM
LECTIONEM CURSORIAM Sup. I. Si in te, fix. C. de Privil. Fisci.
HACQVE FINITA

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE CAMBIIS TRASSATIS,
VULGO

Trassirten Wechseln,

A PRÆNOBILI ET CLARISSIMO JURUM CANDIDATO
DOMINO

BENEDICTO HIERON. DICELIO,

LIPSIENSI, IBIDEMQVE ADVOCATO

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI

D. XXX. OCT. ANNI MDCCXIX. HABENDAS,
ET OCCASIONE

LEGIS IN ISTA LECTIONE EXPLICANDÆ

DE

PRIVILEGIIS FISCI

NONNULLA DISSERIT.

ERFORDIÆ,
TYPIS JUNGNICOLIANIS.



Vt admodum utilitas publica præferenda Privata: *l. 1. in f. ff. ad L. Aquil. l. 43. ff. de relig. & sumt. fin. l. 3. C. de Principil. etiam cum aliquo incommodo privatorum, arg. §. 1. item si verberatum 15. §. 1. 2. ff. de R. V. l. ult. §. f. ff. de pign. act.* Unde illud fluxisse videtur: A Justitia nonnunquam abeas in parvis, si salvam eam velis in Magnis, *Webner. in Pract. Observ. verb. Gewohnheiten, §. redliche und erbahre Gewohnheiten*, Ita Republicæ quam maxime interest media quibus conservari eadem potest, potissimum quærere. Inter illa autem, jure meritoque bona & pecunia, tanquam nervus Rerum publicarum refertur ab Ulpiano in *l. 1. §. 20. ff. de question.* Hinc *sec. Nov. 149. c. 2. impossibile est, ut sacris tributis non illatis, Respublica conservetur; Militares namq. copia, salario assignato, hostibus resistunt, & collato, res à Barbarorum incursionibus, & truculentia, vindicant: Denique agros, atque Civitates à Latronum, alioque modo compositam vitam sectantium, ut & irruptionibus, agendis excubiis defendunt: ex illis etiam reliquæ cohortes, ea, qua ipsi attributa sunt, accipiunt: Muri atque Civitates inde instaurantur, &c.* Hinc vestigalia Patrimonium Imperii *Flor. Lib. 3. c. 13.* Et ornamenta, Pacis, ac belli subsidia vocat *Cic. pro L. Manil. Et apud Livium Lib. 2. f. 78. Menius Agrippa, pulcherrimo apologo Romanos docuit, quænam modum totum corpus, alimentis ventriculo denegatis, ad tabem redigi necesse sit: Ita tributis Magistratui denegatis, extremam Reipubl. perniciem imminere. Cum enim Imperium viribus, & armis retineatur, illaque sine pecuniâ Principes non consequantur, consequens est, summam Ærarii, quod partim vestigialibus, partim contributionibus constituitur, rationem habendam esse. Hinc non mirum, quod multa singularia in favorem Fisci qui publica Principis substantia, s. publicum ærasium dicitur. *l. 6. in f. l. ult.**

ult. C. ubi Senat. vel Clariff. L. ult. vers. sed scimus C. de quadr. pra.
ser. in iure constituta sunt. Partim quoad acquisitionem, quod
fisco acquiri dicatur fideicommissum incapaci tacite non pa-
lam, l. 3. l. 48. ff. de J. Fisc. in fraudem legis relictum, l. 1. pr. ff. de de-
lator. it. si heres sit hereditate indignus d. l. 1. pr. porro si testa-
mentum, vel Codicilli surrepti, quibus quid Principi relictum
d. l. 1. pr. aut si quodvis aliud instrumentum ad fiscum pertinens,
surreptum, l. 2. §. 1. eod. Si damnata bona sint publicanda l. 1. de bon.
damnata. Si bona sint vacantia l. 96. §. 1. de leg. 1. si vectigal frau-
datum sit, & ob id res in Commissum ceciderit, l. ult. §. 3. de Publ.
& com. & pluribus modis. Partim quoad alia negotia: sic pri-
vatos ad editionem instrumentorum cogit, l. 2. §. 1. de J. Fisc.
Conductores rerum publicarum inuitos detinet, si maximos
fructus fecerint. l. 11. §. f. ff. de Publ. vect. & Com. Debitorum de-
bitorum suorum exigit, l. 3. §. multa ff. de J. Fisc. Ejectionem tan-
tum simplicem praestat, licet duplum promissum, l. 5. eod. Jus pi-
gnoris habet l. 46. §. 3. eod. Aliis creditoribus soluta aufert, ut
sibi satisfiat, l. 13. §. f. cum l. seqq. eod. Usuras in bon. f. contracti-
bus ex mora non praestat. l. 17. §. f. de usur. Omnis vendi-
tio ab eo facta, in diem censetur. l. f. de J. f. l. 1. C. de vend. Res.
Civ. partim praeterea quoad Iudicia, v. g. quod lis fiscalis, &
pertinens ad publica munera, non protrahatur, sed intra sex
mens. post contestationem peragenda sit, nisi rei necessitas exi-
gat, personarum aut instrumentorum causa, longius proferrili-
tem, vel reus in mora fuerit, per L. f. C. de iure Fisc. At olim
causa Fiscalis intra annum terminanda erat, sive Fiscus litem
pateretur, sive eam inferret, l. 4. Cod. Theod. de Jur. Fisc. Sic
peculiaria etiam quoad causas Fiscales in Imperio nostro e. g.
contra Principes ac Status Imperii, Collectam Imperialem non
solventes, statuta inveniuntur: Ubi modus procedendi sum-
marius est, levato quod ajunt velo, & de simplici, & plano, in
petitorio & possessorio, omnibus modis accelerandus & bien-
nio.

nio lis definienda dicitur. in R. J. de Anno 1548. §. etliche andere
aber: Quod tamen æquè ac L. properandum C. de Judic. obser-
vari notat Gail. l. O. 20. n. 5. & O. 21. n. 1. Matth. Sæpban. de Jurisd. Lib.
2. p. 1. c. 3. Nec tamen semper speciali favore gaudere, singu-
lari humanitate benigni Legum Conditores voluerunt. Præ-
allis notatu digna est L. 10. ff. de Jure Fiscii, ubi Modestinus J. C. ur-
Non puto, ait delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus, Con-
tra fiscum, facile responderit; Cujus Legis doctissimam pro-
More explicationem tradidit III. Dn. Berger in enarrat. d. l. 10.
ff. de Jure Fiscii, ubi Legis mentem, eam esse putat, quod in
dubiis quæstionibus præ privato potius contra fiscum sit pro-
nunciandum, & quod Fiscus, quoties res ambigua discuti-
enda sit, utatur Jure communi; Licet autem nec temporis, nec
instituti ratio multa de istius legis verâ sententia multa afferre
permittat, tamen si Pace aliter sententiam quod res est, dicere
licet, dubio non carere videtur, an ex istis J. C.ri Modestini ver-
bis, regulam istam formare, intentioni Legislatorum Romano-
rum, æquè ac praxi nostrorum temporum Conveniat. Non
puto delinquere, inquit iste Modestinus, qui in dubiis quæstioni-
bus contra Fiscum facile responderit; an ergo inde necessario
contra fiscum in dubiis quæstionibus pronunciandum? conse-
quentia vix est legitima. Ita quippe deterior Fiscii, quam pri-
vatorum foret causa. Quod tamen asserere qui vel paritatem
causarum admittunt, dubitant. Imo generalitas ista ad
causas quoque vectigales & pensitationum publicarum fun-
dorum itidem Principis Domaniarum, extendenda foret, ne-
mine tamen istam extensionem admittente, & aliter quoad
causas primipilares l. 1. C. de condict. ex L. disponente. Ut
adeo tutius illa Modestini sententia de causis solum penalibus,
& ubi fiscus certat de lucro captando, intelligenda videatur,
præcipuè, cum in Libello singulari de præscriptionibus, eadem
inveniatur, & ita satis fundata sit restrictiva Menochii opinio Lib.
II. Præf. 72. n. 5. Et licet plures leges in eund. Tit. de J. Fisc. re-
latæ

lata de aliis etiam causis, venditionis, locationis & similibus inter Fiscum, & Privatum initis, sermonem faciant, tamen cum ibidem non contra Fiscum, sed potius pro ipso statuatur, manifesto argumento est, in aliis causis regulam potius pro favore Fisci quam contra eundem formandam. Unicum nunc addimus, pro favore Fisci præter alia per multa, argumentum invincibile suppeditare, quod Imperatores, *Alexander*, nec non *Diocletianus*, & *Maximilianus* constituerunt. Ille in *l. 3. C. de Jur. Reip. Republicam ut Pupillam extraordinem jurari, moris est ait*, Hi: *Republica*, Rescribunt, *Minorum jure uti solet ideoque auxilium restitutionis implorare potest. l. 4. C. ex quib. ca. maj.* An leges illas non de Fisco sed de Republicâ loqui dicemus? cum in Republ. complures sint minores, & pupilli, Fiscus verò suos habeat administratores & curatores; Ast cuius est fiscus, quam Republicâ? ad quemnam damnum quod sentit ararium, pertinet? ideoque extra dubitationis aleam erit, causam fisci, esse etiam causam Republicâ, cum à conservatione ararii, etiam conservatio Republicâ dependeat. Nec tamen eadem ubique Fisco Privilegia competere, putandum; Ita enim præter causam primipilarem *l. 1. C. de Jure Fisc. l. 3. C. de primipil.* etiam quoad tributa & collectas *Tit. Cod. si propt. publ. pensit. vend.* in actione hypothecaria Fiscus speciali gaudet prælationis privilegio, ita ut in concursu creditorum in prima classe collocetur. Et licet Jure Civili quoad collectas extraordinarias aliud dicendum, *sec. l. 10. 17. 37. ff. de J. fisc. l. 8. l. ult. §. 1. qui pos. in pign.* tamen aliud ad minimum moribus observari communis Dd. est sententia, ita ut eodem Jure etiam servitia rustica cenferi F. V. responderit apud *Dn. Berg. Oec. Jur. p. II 84.* Porro in bonis post contractum quæsitis, Fiscus *l. 28. ff. de Jur. Fisc.* hypothecam cum privilegio conjunctam habet, in secunda classe locandus, *Dn. Berger d. l.* quoad hypothecam denique tacitam in bonis administratorum *l. 1. & 2. C. de Privil. Fisc. l. 1. comp. Tit. in quib. ca. pign. tac. habet hypothe-*

cam, ita ut eatenus ad tertiam demum classem pertineat. Ad privilegia etiam Fisci referenda videtur, quod in *L. si in te C. de Privil. Fisc.* constitutum, quod in tertium fisco pro debitore solventem per cessionem auctoritate Judicis, etiam privilegium personale prælationis transferatur. Ubi sic optime dubia permulta, quæ ex hac lege moveri solent, vid. *Dn. Bergeri specialis ad hanc L. Disput. quæ in Volum. Disp. Ipsi ultim. loc. invenitur, evitari posse, post Barbosam all. putat Brunnem. in d. l. f. C. de Privil. Fisc.* Sed plura de illa Lege, quam explicandam in lectione cursoriâ elegit, proponet

PRÆNOBILIS, AC CLARISS. JURUM CANDIDATUS,
D O M I N U S

BENED. HIERON. DICELIUS,

LIPSIENSIS, IBIDEMQUE ADVOCAT.

De cujus vitæ curriculo, more consueto quædam nunc proponenda; Natales Ipsi dedit *Lipsia* urbs Mûniæ celeberrimæ Parentem habuit **HIERON. DICELIUM**, *Philos. Mag. & in Univ. Lips.* dum vivebat, *Mathemat. Prof. Publ. extr.* nec non *Facultatis Philos. Assessorem, & Collegii Minoris Principum, Seniorem, Anno 1709. d. 13. Oct.* fatis ereptum; Matrem **DOROTHEAM ELISABETHAM**, natam **BARWASSERIAM**, Ambo hi Parentes quod filii *Dn. Candid. prædicat observantiâ, sedulo in id incubuerunt, ut vix ab obstetricis curâ amotus, ad scholam, & informationem privatam, deduceretur. Ubi imprimis CHRISTIANI SCHREIBERI, & M. JOHANNIS ULRICI HENRICI, post Professoris Hallensis, fidem ac diligentiam in iis quæ ad humaniora pertinent erudiendo & consiliis adfistendo, expertus est. Anno 1705. visum fuit B. Parenti, nunquam non etiam post fata colendo, illum *Altenburgum* mittere, ut informatione privatissimâ *Dn. M. ERIDERICI FRISII*, Lycei ibidem florentis, Correctoris tunc temporis Celebrissimi, nunc vero Professoris Meritissimi, ad urnam usque colendi, utere-*

uteretur. Abhinc ex voto Parentum, Præceptorumve, in Aca-
demiam Patriam, cui in depositione privata *Ann. 1695. d. 15. Oct.*
tenellus puerulus jam nomen dedit, *Anno 1708. d. 1. Jan.* rediit,
ubi d. 12. Jan. cj. Ann. Rectore Magnifico, Dn. D. JOHAN-
NE BURCHARDO MENKENIO, Consil. Regio-Electo-
rali, & Histor. P. P. in album Studiosorum relatus, haur cum
Schola, Scholasticis Studiis valedixit, quin potius ea perenni
Studio prosequendo & ulterius excolendo, perrexerit. Aca-
demica vero Studia prima esse putavit Philosophiam, hinc to-
tum ejus cursum ex ore viri celeberr. Dn. GOTTLÖB FRIE-
DERICI JENICHII, *SS. Theol. Licent. Moral. P. P. & Collegii
Minor. Primæ. Collegiati*, audivit. In Eloquentia & excolendo
Stylo, Clariss. Domin. D. SCHMIDII, L. CRELII, & L. JE-
NICHII fidem & industriam secutus. Nec Studia historica &
Geographica neglexit, quorum fundamenta, à B. Parente tra-
dita, accepit. Adjecit & Juris Naturalis Studium Cujus præ-
cepta prima vice ex ore B. D. GOTTLIEB GERHARD. TI-
TII, *Potentiss. Polon. Regi & Elect. Saxon. à Consiliis Appellatio-
num & P. P. nec non Fac. Jur. Assess.* Altera v. vice, ex Dn. D. GO-
THOFR. LUDOVIC. MENKENII, jam P. P. *Witteberg. Me-
ritiss. doctrina, percepit.* Tandem ad Jctorum perrexit subse-
lia, & Magn. Dn. LUDERUM MENKENIUM, *Consil. Regio-E-
lectoralem P. P. & Fac. Jur. Ordinarium*, Ejusque antea nomina-
tum filium, in Institutionibus, Pandectis, Jure Canonico, & Feu-
dali, Præceptores habuit. Tandem sub B. TITII manu ductio-
ne, toti cursui Juris strenuam navavit operam. Hoc absoluto à
Consultiss. Dn. D. SIGISMUNDO GOTTLIEB. HILLIGE-
RO, antea Prof. J. Feud. P. nunc Scabinatus Lipsi. Adessore
meritissimo, Praxi forensi instructus, Collegiis Practicis omnem
addixit operam. Adjecit sub ductu Celeberrimorum Virorum
jam laudatorum, his Studiis examinatoria pariter, ac Dispu-
tatoria, & iis multoties mox opponentis, nunc respondentis
munere functus est. Cum prius *Anno 1708. d. 8. Dec. Præside-*

Dn

Dn. M. CHRISTOPH. JOH. WILKIO, de *Instita cognitione Lapsus humani generis*, in Auditorio Philosoph. disputavit. Porro in Auditorio Jctorum ductu Magn. Dn. LUDERIMENKEN. in ejusdem Gymnasio Polemico Anno 1710. *Jur. Civ. Disp. I. II. III.* eodemque Anno d. 24. Jul. dirigente B. GOTTLOB. GERHARD. TITIO Dissertat. de *Servitute faciendi*, publicè defendit. An. 1711. d. 21. Maj. sub Præsidio Generof. Dn. JOHANN. GEORG. de PONIKAU Thema, de *Conditione Privata Statuum Imperii*, ventilavit: Anno 1712. d. 5. Sept. à Fac. Jur. Lipsf. pro praxi examinatus, ac postea d. 5. Dec. præstito Jurjurando, ad Praxin Clementiss. admissus, simul ac in numerum Advocatorum receptus est. Eodem Anno d. 26. Oct. à Dn. JOHANN. AUGUST. HOELZELIO, *Com. Pal. Cef. Summa Curia Prov. Lipsf. Advoc. Ordin.* Notarius Creatus. Tandemque d. 12. Dec. ej. Anni ab *Ampliff. Senatuz ipsf.* immatriculatus est. Ab eo tempore tum in Judiciis Lipsientibus, tum alibi ad causas orandas animum induxit, & per Divini Num. Gratiam, felices, & optatos in iis habuit successus. Nunc ad honores aspirans Academicos, desiderium hoc Facultati Nostræ Jurid. explicavit. Admissus, textibus prius more majorum ex utroque Jure. Can. & Civ. transmissis ad examen consuetum rigorosum, dignus omnium Calculo fuit ibidem inuentus, cui honores Academici supremi, optimo jure decerni possint. Quare proximo die c. d. 30. Oct. A. S. N. post horam 8. *antem* in Auditorio Jctorum Maj. Lectionem Cursoriam, ad d. L. *Si in te f. C. de Privileg. Fisc.* & hac finita Disputationem Inauguralem de CAMBIIS TRASSATIS habebit. Ad quos actus solennes Magnif. Dn. Uniuersf. Rector, ac Reliqui Uniuersf. Nostræ Proceres ac Ciues, decenter invitantur. Pubi. sub Sigillo Facult. Dom. 21. post. Trin. d. 29. Oct. Anno 1719.

(L.S.)

99 A 6990'

ULB Halle
002 826 631


3




V3 17

Rehov







B.I.G.

Farbkarte #13

2002

FACULTATIS JURIDICÆ DECANI
ERNESTI TENZELII, JCTI,
EMINENTISSIMO PRINCIPI ELECTORI MOGUNTINO A CONSILII REGIMINIS, JUDICII PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSORIS, AC CIVITATIS CONSULIS PRIMARII,
PROGRAMMA INAUGURALE

QVO
OMNES ET SINGVLOS VNIVERSITATIS PROCERES AC CIVES INVITAT
AD AUDIENDAM
LECTIONEM CURSORIAM *Sup. L. Si in te, fis. C. de Privil. Fisci.*
HACQVE FINITA

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE CAMBIIS TRASSATIS,
VULGO

Trassirten Wechselfeln,

A PRÆNOBILI ET CLARISSIMO JURIVM CANDIDATO
DOMINO

BENEDICTO HIERON. DICELIO,

LIPSIENSI, IBIDEMQVE ADVOCATO
IN AUDITORIO JCTORVM MAJORI
D. XXX. OCT. ANNI MDCCXIX. HABENDAS,
ET OCCASIONE
LEGIS IN ISTA LECTIONE EXPLICANDÆ

DE
PRIVILEGIIS FISCI
NONNULLA DISSERIT.

ERFORDIÆ,
TYPIS JUNGNICOLIANIS.